



# **Specimen juridicum inaugurale de polizza adsecutoria quae Amstelodami in causis maritimis adhiberi solet, ad codicis mercatorii normam exacta**

<https://hdl.handle.net/1874/319003>

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE

POLIZZA ADSECURATORIA QUAE AM-  
STELODAMI IN CAUSIS MARITIMIS  
ADHIBERI SOLET, AD CODICIS  
MERCATORII NORMAM  
EXACTA.

SPRUCHEN JURIDICUM INAUGURALE

POLYX ADSECUTORIA QUAE ANTIQVODAM  
IN CASIS MARTIIS ADHIBERI SOLET, AD CODICIS  
AERATORII NORMAM EXACTA,

ANNENTE SUMMO NUMINE

ET ACCURATE DOCTORIS MASHKINII

FRANCISCI CORNELII DONBERS.

PROFESSORIS ET IURIS CONSULTI

MDCCCXXXII

APPELLATIONIS SENATUS ACADEMICI CONSENSU

XX

UNIVERSITATIS FACULTATIS JURIDICAE PECTRO

Dr. phil. Doctor

FRANCISCI

JURIS ROMANO ET HOBENNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRARACTICA

RE ET LEGITIME CONSENSU

EXAMINUM EXAMINE SUBMITTIT

CORNELIUS FOCKE

FRANCISCI

D. V. M. IURIS A. M. IURIS HORA IN

TRABEATI AD RHODUM

FRANCISCI FOCKE

MDCCCXXXII

7

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE

POLIZZA ADSECURATORIA QUAE AMSTELODAMI  
IN CAUSIS MARITIMIS ADHIBERI SOLET, AD CODICIS  
MERCATORII NORMAM EXACTA,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS FOCK,

Amsteladaemensis.

D. V M. JUNII A. MDCCCLII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLII.



STATIONER & PRINTER

FOR THE PUBLICATION OF BOOKS AND  
PRINTING OF ALL KINDS OF BOOKS  
AND PAMPHLETS

AND ALL KINDS OF

PRINTING

AND ALL KINDS OF

PRINTING

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

AND ALL KINDS OF

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

PARENTIBUS OPTIMIS,

CARISSIMIS

SACRUM.

PHYSICUS

Quamvis enim natura corporis in hoc homine sit  
habenda secunda, in tanto tamen vires peribit in  
habendo uno altero. Quia argumenta eam sunt ad  
Christum natura corporis et ratio eam sunt ad  
eum. Vires ob rationem tamen argumentum ad se non  
obstant non proficiunt sed sunt facti sine ratione  
sunt sine ratione. Quia enim in hoc homine  
habent tamen quo Vires Christum natura non  
sunt argumentum sicut enim existeret Vires  
sunt tamen sicut tamen non sunt argumentum, ut possit  
sunt Amsterdam argumentum sicut peribit substantia  
argumentum enim sicut.

Quum mihi summos honores in Jure Romano et  
Hodierno petenti, in animo fuisset vires periclitari in  
tractando uno alterove Juris argumento, adii Virum  
Clarissimum VREEDE rogaturus, ut auxilio suo mihi ad-  
esset. Varias ob causas tamen argumentum ab eo mihi  
oblatum non tractavi, sed spero fore ut jam ante finem  
hujus anni Belgico sermone illud in lucem proferam.  
Eodem tempore quo Virum Clarissimum VREEDE adii,  
alius argumenti auctor mihi exstitit Vir Clarissimus  
VAN HALL, amicitiae vinculo mihi conjunctus, ut poliz-  
zam Amstelodami usurpari solitam peculiari submitterem  
examini mihi suadens.

Priusquam autem ad argumentum tractandum me conferam, quominus meum erga Vos animum non significem, Parentes Carissimi, vetat dulce pietatis officium. Accipite publicam gratissimi animi testificationem, quam parentum animo gratam esse scio, vobisque persuasum habete nullam esse gratiam, quam non per omne vitae tempus referet filius amantissimus in remuneranda vestra cura. Deus Optimus Maximus vos incolumes quam diutissime servet, ut auxilium quod puero et adolescenti semper oneravistis, juveni et viro mihi praebere pergatis.

Restat, ut vobis, Viri Clarissimi, tam Athenaei Illustri Amstelodamensis quam Academiae Rheno-Tra-



jectinae Professoribus publicas agam gratias. Accipite  
Vos omnes, imprimis qui Facultati Juridicae adscripti  
estis, gratias sinceras pro omnibus beneficiis quae in  
me collocare voluistis.

Nec te praesertim, Vir Clarissime VAN HALL, Pro-  
motor Aestumantissime, silentio praeterire possum, qui  
semper me benevolentia ornavisti, tuoque prosecutus  
es auxilio. Quidquid in specimine meo boni invenia-  
tur, me hoc tibi debere palam profiteor. Quantum  
tibi debeam, vix dicere possim. Persuasum tibi habeas  
me per totam vitam ob insignem hancce tuam benevo-  
lentiam tibi devinctum fore.

CONSPECTUS

CAPUT I

Vos denique compello, commilitones, quibus arctissimo amicitiae vinculo ex quotidiana consuetudine me conjunctum sentio. Sive in posterum eodem loco vitam degamus, sive aliorum profecti sitis, ut eadem atque hactenus, me prosequamini amicitia meique memores sitis et spero et cupio.

CAPUT II

# CONSPECTUS.

## CAPUT I.

CONSIDERATUR POLIZZA DE AVERTENDO PERICULO MARITIMO  
SECUNDUM CODICIS MERCATORII NEDERLANDICI PLACITA.

	Pag.
§ 1. Contractus de avertendo periculo maritimo consensu constat.....	1.
§ 2. Polizza instrumentum continet ex quo de inito contractu constat.....	9.
§ 3. Requisita partim communia sunt omnium instrumento- rum de avertendo periculo confectorum, partim propria eorum quae de avertendo periculo maritimo ineuntur..	19.
§ 4. Explicantur requisita communia.....	23.
§ 5. Explicantur requisita propria.....	31.

## CAPUT II.

DE POLIZZA ADSECURATORIA A MERCATORIBUS MAXIME  
AMSTELODAMENSIRUS USURPARI SOLITA.

	Pag.
§ 1. Universe.....	37.

## SECTIO PRIMA.

## DE POLIZZA IN ADSECURATIONE NAVIS.

	Pag.
§ 1. Mentio contrahentium et adsecurationis summae.....	45.
§ 2. Suscipiendum iter.....	50.
§ 3. Aversi periculi objectum.....	53.
§ 4. Clausula de impensis, diebus remissi itineris et exclusione damni et contributionis intra tres centesimas....	56.
§ 5. Plenior suscepti periculi descriptio.....	59.
§ 6. Mandatum de gerendo adsecuratoris negotio in salvanda nave et universa adsecuratoris utilitate procuranda....	69.
§ 7. Renunciatio art. 251 Cod. Merc.....	73.
§ 8. Renunciatio art. 747 Cod. Merc.....	77.
§ 9. Compromissum.....	77.
§ 10. Praemium.....	79.
§ 11. Polizzae conclusio.....	82.

## SECTIO SECUNDA.

## DE POLIZZA IN ADSECURATIONE MERCUM.

	Pag.
§ 1. Aversi periculi objectum.....	84.
§ 2. Adsecurati expositio periculi.....	87.
§ 3. Pactum de art. 267, 662, 747 Cod. Merc.....	89.
Theses.....	91.



## INTRODUCTIO.

---

Quae sponte quasi sua inter mercatores existunt  
juris necessitudines, aut ab iis contrahuntur obli-  
gationes lege solent accuratius definiri vel saltem  
describi. Ita autem leges maxime probabiles esse  
videntur, quae confirmant ea juris placita quae  
etiam sine lege agnoscuntur. Ubi tamen legislator  
vel peculiari lege, vel legum adeo codicibus id  
quod pro jure observari velit expresserit, judex non



poterit non scriptam illam juris normam observare et mercatores haud secus atque ceteri cives legi obtemperare, ne in damnum incidant coguntur.

Ita igitur uti apud alias gentes, quae scriptis legibus utuntur, in patria quoque hodie fere quaestio vertitur de juris negotiis, quae in foro mercatorio contrahuntur ad normam juris scripti accommodandis. Qua in re difficultates saepe ex eo oriuntur, quod mercatores non facile ab iis recedant quae moribus convenient, adeoque leges saepe *sine moribus*, ut ait poeta, *vanae* parum proficiant. Quodsi ea sit alicujus juris placita natura, ut praeceptum contineat sine sanctione, frustra tantum legislator sententiam pronuntiavit. Saepe vero alia est legis ratio, quandoquidem jure meritoque *perfecta lex* dicitur, cum profectis habet legislator atque nullis, quae con-

tra ejus voluntatem non sine sanctione expressam gesta sunt.

Agitur proinde saepe quaestio, an et quatenus quae in foro fiant pro tribunali etiam rata sint habenda necne, et commendari ita a Praeceptore meo, Cl. VAN HALL, iis qui progressuum in jure specimen edere gestiunt, solent argumenta ex illa collatione eorum quae fiunt eorumque quae lege praecipuntur depromta. Equidem ut hunc auctorem sequerer, argumentum elegi *Polizzam de avertendo periculo maritimo Amstelodami usurpari solitam*, cujus singulas leges ad Codicis normam exigerem et ex Codice explicarem.

In quo argumento ut ordine procedam primum breviter exponendum censui polizza haec quae sit, quidque juxta Codicem contineat, deinde vero formulam ejus quae Amstelodami in usu est enarrandam, atque explicandum existimavi. Versor

autem ita in argumento veteribus ignoto. Utinam  
ita faciliorem experiar lectorem in iis quae parum  
latine, adeoque minus etiam accurate quam oportet  
dicturus sum.

## CAPUT I.

CONSIDERATUR POLIZZA DE AVERTENDO PERI-  
CULO MARITIMO SECUNDUM CODICIS MER-  
CATORII NEDERLANDICI PLACITA.

### § 1.

CONTRACTUS DE AVERTENDO PERICULO MARITIMO  
CONSENSU CONSTAT.

Adsecuratio est contractus consensu constans.  
Simulac partes inter se convenient, constat con-  
tractus. Hanc sententiam non adeo probat, ar-  
ticulus 257 Cod. Merc. in verbis, »*de overeenkomst*  
»*van verzekering bestaat zoodra dezelve is gesloten,*»  
nam profecto omnis omnino conventio constat,  
simulatque est perfecta; neque magis verba quae



sequuntur: » *de wederzijdsche regten en verpligtingen*  
» *van den verzekeraar en van den verzekerde nemen*  
» *van dat oogenblik hunnen aanvang,*” nam haec quo-  
que verba ex prioribus pendent. Verum deinceps  
verba adjiciuntur, quae hoc omnino efficiunt, haec  
nimirum: » *zels voor dat de polis is geteekend*” Nam sic  
constat polizae subscriptionem atque traditionem  
ad contractum perficiendum omnino non pertinere.

Itaque secundum hunc articulum ab hoc inde  
temporis puncto, quo partes de adsecuratione con-  
sentiant, contractus perfectus est. Solus consensus  
necessarius est ad contrahendam adsecurationem  
et unum essentiale est hujus contractus. Reclis-  
simo POTHIERIUS 1) dicit. » *Ce contrat est, comme*  
» *le contrat de vente, de la classe des contrats con-*  
» *sensuels; car il reçoit sa perfection par le seul con-*  
» *sentement des parties, et il produit de part et d'au-*  
» *tre les obligations qui en naissent, aussitôt que les*

---

1) *Traité du contrat d'Assurance*, N<sup>o</sup>. 5.



»parties sont convenues de la somme, qui doit être  
»payée à l'assureur pour le prix des risques dont il se  
charge.» Sunt nonnulli, qui dicunt adsecurationis  
contractum re constare, et existimant praemii tra-  
ditione contractum perfici. Hoc tamen minime  
naturae contractus convenit, nam praemium tan-  
tummodo est pretium periculi, quod adsecurator  
in se suscipit; utrum vero de praemio contraxe-  
rint an etiam illud jam solverint jure nostro ad  
perficiendam conventionem nihil efficit. Secus ob-  
tinebat iure antiquo maritimo quod Barcinoniae  
a. 1435 per magistratum confirmabatur, juxta  
quod adsecuratio valebat demum inde a soluto  
praemio 1). Jure nostro per art. 257 N<sup>o</sup>. 7 Cod.  
Merc. polizza adsecurationis praemium definiendum  
est. Ita ex instrumento de adsecuratione confecto  
de praemio debito tantum oportet ut constet; ne-

1) *Ordonn. des Magistr. de Barcelone*, a. 1435, art. 11  
*PARDESSES Collect. V. 498 ibique notata.*

que potest ejus solutio, id est contractus a parte adsecurati consummatio, ipsius contractus perfectionem continere. Ita quoque in art. 635 al. 2, Cod. Merc. non tantum de restituendo praemio iam soluto sed etiam de retinendo praemio, quando iter rumpitur, potuit esse sermo, quod ipsum, si id non aliunde jam manifestum esset, probaret non solvendo demum praemio iniri contractum.

Neque assentior iis, qui existimant adsecurationem esse literarum obligationem. Si illa sententia probanda esset, polizza scriptura esset, sine qua obligatio non contrahi posset. Hoc tamen pugnat cum sententia ex art. 257 Cod. Merc. modo prolata. Sine scriptura igitur contractus valet, sed scriptura ad pleniorum contractus probationem inservit.

Contractus adsecurationis est contractus synallagmaticus; hoc jam POTHIERIUS statuebat. POTHIERIUS 1) dicit: » *le contrat d'assurance est synal-*

---

1) *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 6.

» lagmatique, car il produit des obligations recipro-  
» ques. L'assureur s'oblige envers l'assuré, de le garan-  
» tir ou de l'indemniser des fortunes de mer; et l'assuré  
» s'oblige reciproquement envers l'assureur, de lui payer  
» la prime convenue.

EMERIGONUS 1) dicebat contractum adsecuratio-  
nis specialem naturam habere, ita ut cum non-  
nullis contractibus magis minusve conveniat, ab  
omnibus vero recedat. Jam ille 2) et POTHIERIUS 3)  
ad contractus aleatorios adsecurationem pertinere  
existimaverunt. Secuti sunt eorum sententiam Cod.  
Civ. Franc. art. 1964 et Cod. Civ. Nederland. art.  
1811, inter contractus aleatorios etiam adsecura-  
tionem enumerantes. Sed alea ipsa qualis ad ad-  
securatorem pertineat accuratius attendendum est.

Cavendum autem nobis est, ne putemus adsecu-  
rationem etiam lucri faciendi gratia iniri posse;

1) *Traité des Assurances*, cap. I, sect. 2.

2) *Traité des Assurances*, cap. I, sect. 3 § 2.

3) *Traité des Assurances*, N°. 8.



quod quidem iuris principium diligentius propugnant antiquiores quam recentiores, tum iureconsulti tum legesatores. » *Assecuratus non quaerit lucrum, sed agit ne in damno sit,*” dicit STRACCHA 1). Inserviunt hi contractus tantum ad damnum resarciendum, et nunquam lucrum adsecurato afferre debent. Hoc etiam probat definitio, quam in art. 246 Cod. Merc. legimus et praeterea art. 253 Cod. Merc. Quaestio etiam agitari poterit an adsecuratio contractus sollemnis sit nec ne. Mihi vero nihil solemne in illo contractu adesse videtur, nam quamquam in Codice nostro requisita singula etiam sub poena nullitatis observanda, indicentur, non tamen certa forma praescribitur, atque probationis causa tantum polizza necessaria est.

Multae definitiones hujus contractus propositae fuerunt, et quae a POTHIERIO 2) et PARDESSUS 3)

1) STRACCHA, *de Assecur.* gl. 20, N<sup>o</sup>. 4.

2) *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 2.

3) *Cours du droit Commercial*, I, 588.

datae fuerunt maximopere conveniunt cum definitione nostri Codicis. Specimine anni 1809 1) continebantur in art. 482 haec: » Assurantie of verzekering » is een kontrakt, waarbij de assuradeur of verzekeraar op zich neemt het gevaar van alle of sommige, » ook enkele onheilen waaraan zekere zaak is blootgesteld, en zich verbindt om den verzekerde, wegens » de nadeelen die hem door die onheilen kunnen veroorzaakt worden, schadeloos te houden, tegen beding » van eene zekere geldsom, geëvenredigd aan de mate » van het gevaar, hetwelk hij op zich neemt en welke » som de verzekerde hem geeft of belooft te geven.”

Illa definitio quamquam plenior, minus probanda est, cum non satis esse videatur concinna. Optima vero definitio mihi videtur HUGONIS GROTII 2): » verzekering is eene overkoming waerdoor iemand op » hem neemt het onzeker gevaer, dat een ander had

---

1) VOORDUIN, *Geschiedenis en beginselen der Ned. Wetboeken*, tom. IX, pag. 130.

2) *Inleydinge tot de Holl. Regtsgeel.*, III, 24 § 1.



» te verwagten : Denwelke wederom hem daervoor ge-  
» houden is loon te geven.”

Essentialia hujus contractus quatuor enumerari  
possunt :

1°. Ut partes inter se consentiant.

2°. Ut res sit in quam adsecuratio contrahi potest.

3°. Ut adsit periculum.

4°. Ut praemium constituatur.

Quod ad personas attinet, quae adsecurationem  
contrahere possunt, valet jus commune. Contra-  
hentes debent esse sui juris. Minor natu non nisi  
per tutorem, qui ejus vices agit et similiter cu-  
randus non nisi per curatorem, uxor nisi merca-  
trix sine marito se obligare nequeunt. Quodsi is  
adsecurationem contraxit, cui id non permittitur,  
praemium solutum potest repeti, sed adsecuratio  
valet quod attinet ad adsecutores, nam quisque  
debet esse gnarus conditionis ejus cum quo agit 1).

---

1) Vid. *Cod. Civ. Nederland*, art. 1367, a. 2.

Itaque stabit, ut in omni ab incapaci contracta obligatione, a parte ejus qui contrahendi capax non fuit, an contractus valiturus sit nec ne; atque penes eum est electio an tollatur contractus an vero consummetur.

§ 2.

POLIZZA INSTRUMENTUM CONTINET, EX QUO DE INITO CONTRACTU CONSTAT.

Polizza est scriptura, quae in adsecurationibus probationis causa tantum postulatur. Adsecuratio est contractus consensu constans, ut supra § 1 vidimus. Contractus igitur initus est, simulatque partes inter se convenerunt. Necessaria sequela hujus contractus initi est, ut polizza subscribatur et tradatur; sed jam ante scripturam contractus exstat.

Potuit autem olim etiam sine subsecuta scriptura contractus adsecurationis iniri, qualis adsecuratio vocabatur *assurance en confiance*. Hoc

nomen derivatur a fide, quam adsecuratus adsecuratori habebat. In antiqua collectione placitorum ad rem nauticam pertinentium, cui nomen est GUIDON DE LA MER 1), legimus: » *Assurances se font, et se dressent par contract porté par escrit, appelé vulgairement police d'assurance. On en faisoit anciennement sans escrit, qui estoient dites en confiance, parce que celui qui stipuloit l'assurance ne faisoit ses pactions en escrit, mais se confioit en la bonne foy et la prud'homme de son assureur.*” Quo majoris autem momenti esse inciperet adsecuratio, bonae tantum fidei omnia relinquere paulatim desierunt, et in hoc contractu scriptura consuetudine primum atque postea lege fuit introducta. Illa scriptura, quae polizza dicitur adsecutoria, facta fuit olim coram persona publica, sive scriba aut graphiario, *Greffier de police* 2), in quorum locum certo sensu subierunt

---

1) Cap. I, art. 2.

2) GUIDON DE LA MER, Cap. I, art. 2.



proxenetæ, qui etiam personam agebant publicam. Postea tamen introductum est, ut polizza etiam inter privatos conscriberetur: ORDONNANCE DE LA MARINE dicit: »le contrat appelé police d'Assurance » sera rédigé par écrit et pourra être fait sous signature privée." Et ita jam olim in patria nostra in formula quæ continetur lege PHILIPPI II regis anni 1563 verba inserebantur. »Ende willen ende consenteren dezelve assureurs, dat dese police van » assureantie van so grooter cracht sy, ghelick oft » dezelve ghemaect ende ghepasseert waere voor scheinpenen, openbare notarissen oft andersins, alles zonder » bedrogh oft erghelist. In lege nova ej. regis a. 1570 primum in eandem sententiam art. 6 statuitur, ut possit contractus iniri: » Voor wethouderen, » notarissen, tabellionen oft andere publycke personen, » oft by eyghen ende particuliere policen, cedullen, » signaturen oft obligatien gheteekent by de verobligeerde personen, oft by gheloofwerdighe getuyghen, » so die partyen deshalven veraccorderen zullen." Sed

subjicitur tamen in art. 7, necessitas instrumentum de adsecuratione confectum intra sextum diem in tabulas inscribendi personae publicae cui haec cura per eandem legem fuit mandata, quam perse suosque delegatos exerceret. Postquam in locum generaliorum legum de hocce argumento subierant placita singularium urbium, Amstelodami quidem, anno 1598, verba modo memoratae legis describenda censuit magistratus, cum edicto eius anni art. 18 diceret: » *De partyen contracterende op verzekeringe sal 't geoorloft wesen de selve te doen voor wet-houderen, notarissen, tabellionen en de andere publycke persoonen ofte by eygen en de particuliere policen, cedullen, signaturen ofte obligatiën geteykent by de verobligeerde persoonen ofte bygeloofwaerdige getuygen so de partyen dieshalven accorderen sullen.* » In tabulas publicas non amplius polizza erat describenda sed proxenetæ tamen per articulum sequentem, eodem fere proposito, exemplum instrumenti ad verbum descripti asservare debue-



runt. Desierunt in reliqua etiam Europa personae publicae in hocce inter mercatores potissimum contrahendo negotio in usu haberi, sed per legem Amstel. a. 1744, art. 60 praeter sigillum publicum adhuc subscriptio requirebatur personae publicae, eius scilicet qui camerae adsecutoriae a secretis esset. Jam per art. 255 Cod. Merc. Nederl. scriptura tantum exigitur his verbis: »de verzekering moet schriftelijk worden aangegaan bij eene akte welke den naam van Polis draagt" et art. 258 a. 1, Cod. Merc. Nederl. polizzam praescribit tanquam probationem adsecurationis contractus; »om van het sluiten dier overeenkomst te doen blijken wordt bewijs bij geschrifte vereischt," quibus verbis polizza haud dubie significatur.

Videtur ille articulus pleniorum interpretationem desiderare. Scilicet post verba: »om van het sluiten dier overeenkomst te doen blijken wordt bewijs bij geschrifte vereischt;" subjicitur: »echter zullen ook alle andere bewijsmiddelen worden toegelaten indien

»er begin van schriftelyk bewijs is." Itaque imprimis polizza instrumentum continet, ex quo de contractu inito constat, sed tamen etiam sine polizza constare de adsecuratione potest, si tamen initium probationis per scripturam adsit. Quid legislator hisce verbis »begin van schriftelyk bewijs" voluerit, facile ex aliis iuris nostri placitis constat. Scilicet art. 1939, a. 2, Cod. Civ. Nederl. dicitur: »men  
»noemt als een begin van bewijs door geschrift, alle  
»geschrevene akten, welke voortgekomen zijn van den-  
»genen tegen wien de vordering gedaan wordt, of  
»van dengenen, dien hij vertegenwoordigt, en welke  
»de daadzaak, waarop men zich beroept waarschijnlijk  
»maken" Sed praeterea per art. 681, al. 1, Cod. Merc. Nederl. nota proxenetæ adsecurationis de avertendo periculo maritimo etiam ut initium probationis per scripturam valet: »Deze nota geldt  
»tusschen de partijen als een begin van bewijs bij geschrift." Quodsi igitur proxenetæ, quales dicto art. 681 sqq. significantur in usu esse desinant,

magis adhuc quam olim necessaria erit scriptura. Videntur autem quae circa has personas Codice nostro continentur juris placita, fere efficere, ut in desuetudinem abeat personarum publicarum, quales proxenetæ sunt in his ineundis negotiis, usus, qui jam privatam potius personam induunt, adeoque non proxenetæ (*makelaars*) sed adsecurationis procuratores (*assurantie bezorgers*) fere dicantur.

Quaestio etiam agitari potest, quum partes de contractu inito in confesso sunt, polizza vero non exstat, num altera alteri jusjurandum decisorium deferre possit. Hoc omnino locum habere mihi videtur, nam polizza probationis causa tantum requiritur. Quum vero contractus polizza non continetur neque ita probatio exstat altera alteri parti, deficiente probatione, jusjurandum decisorium deferre potest ad contractum probandum 1).

---

1) POTHIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 97. DE PINTO, *Handl. tot het Wetb. van Kooph.*, pars II, § 206.



Sequuntur in art. 258 Cod. Merc. Nederl. verba:  
» Niettemin kunnen de bijzondere bedingen en voor-  
» waarden, indien over dezelve geschil ontstaat in den  
» tusschentijd van het sluiten van de overeenkomst en  
» de uitlevering van de polis bewezen worden door alle  
» bewijsmiddelen in zaken van koophandel toegelaten;  
» met dien verstande echter, dat van de vereischten,  
» welker uitdrukkelijke vermelding bij de polis op straffe  
» van nietigheid, in sommige verzekeringen door de  
» wet gevorderd wordt, schriftelijk moet blijken."

Videntur haec verba eo pertinere, ut significetur omne probationis genus circa ea, quae adminicula contractus dicuntur, admitti. Sed sic res praecipua aliunde constare debet, et nondum scriptum traditumque esse debet contractus instrumentum, de cujus singulis legibus ita controversia inter partes agitari potest, licet de universo negotio, quod inierunt, convenient. Quid autem ita ad rem praecipuam, quid vero ad contractus adminicula pertinere videatur, difficultatem potest



movere et movet revera. Legislator hanc distinctionem significat, ubi distinguit inter ea, quae sub poena nullitatis contineri scripto instrumento debeant, quaeque hanc sanctionem non<sup>n</sup> habent. Sed quae jam sint, quae sub poena nullitatis polizza contineri debeant, non ita facile dixeris. In antiqua polizzae formula, quae lege PHILIPPI II regis anni 1563 continetur, haec difficultas non aderat, nam Tit. VII, art. 2 non tantum exhibebatur polizzae formula, sed haec ita describenda dicebatur ut non liceret aliquid ei adjicere: » *Ende zullen voortaan alle assurentien van goeden oft coopmanschepen ghe- daen worden naer costuyme van der borse van Antwerpen ende teneur oft substantie van der police van assurentie hier naer volghende, zonder eenighe meer- dere clausulen daer anne te moghen voeghen 1)* ». Verba haec in lege anni 1570, in qua tamen eadem fere formula exhibetur, non occurrunt. — Universe art.

1) PARDESSUS, *Lois Maritimes*, tom. IV, p. 93.

592 Cod. Merc. Nederl. praescribitur, quae polizza  
contineri debent. Sed ibi quidem non adjicitur haec  
sub poena nullitatis requiri. Itaque quae ejus ge-  
neris requisita sint, aliunde videtur decidendum.  
Videor autem mihi eorum placitorum exemplum in-  
venire in art. 603 § 2: » *In allen gevalle moet, op*  
» *straffe van nietigheid, in de polis worden uitgedrukt*  
» *de laatste tijding, die de verzekerde van het schip, of*  
» *van de goederen bekomen heeft, en indien de verzeke-*  
» *ring voor rekening van een derde geschiedt de dag-*  
» *teekening van den order- of advijs-brief, of de uit-*  
» *drukkelijke vermelding, dat de verzekering, zonder*  
» *lastgeving van den belanghebbende, plaats heeft.* »  
Etenim simulac navis profecta est, aut merces di-  
missae sunt a loco, unde periculum adsecuratoris  
esse coepit, damnum jam exstare potest. Sed an ita  
contractus de avertendo periculo fortasse jam dato  
iniri potest. Art. 603 Cod. Merc. legem scribit,  
qua hoc permittitur, scilicet tempus, quo navis  
profecta est, vel merces dimissae sunt, in polizza

debet significari, aut ignorantia adsecurati circa illam rem. Praeterea vero, ne dolo adsecurati conveniatur adsecurator, sub poena nullitatis polizza contineri debet ultimus navis aut mercium nuntius, et si quidem extranei res agitur, mandati aut negotiorum gestoris mentio.

Sic etiam art. 606, Cod. Merc. nonnulla praescribuntur, quae quum silentio praetereuntur nullitatem praestant. Sunt haec eius generis quae si adsecurator scivisset, fortasse adsecurationem vel omnino non vel non iisdem conditionibus perfecisset.

§ 3.

REQUISITA PARTIM COMMUNIA SUNT OMNIUM INSTRUMENTORUM  
DE AVERTENDO PERICULO CONFECTORUM, PARTIM  
PROPRIA EORUM QUAE DE AVERTENDO PERI-  
CULO MARITIMO INEUNTUR.

Art. 256 Cod. Merc. Nederl. communia omnium polizzarum de avertendo periculo continet. Sunt autem haec:



- 1°. Dies, quo adsecuratio est contracta.
- 2°. Nomen ejus, qui vel in proprium vel in alienum commodum contractum init.
- 3°. Rei adsecratae descriptio.
- 4°. Summa, ad quam adsecratur.
- 5°. Pericula, quae adsecurator in se suscipit.
- 6°. Temporis per quod periculum adsecuratoris erit definitio.
- 7°. Praemium.
- 8°. Omnes adsecurationis leges, de quibus inter partes convenit.
- 6°. Subscriptio adsecutorum.

Art. 592 Cod. Merc. propria instrumentorum, quae de avertendo periculo maritimo ineuntur, enumerat. Sunt autem haec:

- 1°. Nomen magistri atque navis, cum designatione peculiari, si navis ex ligno sit confecta quod minus ad eum usum utile esse videatur. Significant autem secundum antiquam legem Amstelodamensem, de qua



infra videbimus, eo pertinere lignum, quod *vurenhout* appellatur, quo vocabulo nescio, an *pinus abies* significetur.

2°. Locus, ubi merces navi impositae sunt vel imponendae.

3°. Portus, unde navis proficisci debuit vel debet.

4°. Portus, ubi navis onerari vel exonerari debet.

5°. Portus, ad quem appellere navis debet.

6°. Locus, unde periculum adsecuratoris esse incipit.

7°. Aestimatio navis adsecratae.

Duo illi articuli inter se ita cohaerent, ut art. 256 suppleat articulum 592.

Ex historia demonstrare possumus, adsecurationem de avertendo periculo maritimo antiquissimam fuisse. Scilicet a quo tempore legislatoribus adsecuratio curae cordique esse coepit, adsecurationem maritimam tantum cogitarunt, ita quidem ut quod sciam noster Codex primus sit omnium, quo placita continentur, etiam aliud genus adsecurationis

spectantia. Romani adsecurationis contractum non habebant. Foenus nauticum in certum modum vicem adsecurationis exhibet.

In ORDONN. BARCINONIAE a. 1435, decretum exstat adsecurationem spectans 1), et in collectione placitorum ad rem nauticam pertinentium, cui nomen est GUIDON DE LA MER, inter a. 1556 et 1584 facta, fusius hac de re agitur 2).

Adsecuratio itaque ad saeculum quintum decimum pertinet, et apud nos ante CAROLUM V et PHILIPPUM II nullae leges hac de re inveniuntur. Anno 1744 facta et anno 1775 suppleta est ORDONNANTIE VAN ASSURANTIËN EN AVARIJËN DER STAD AMSTERDAM, quae etiam hodie saepe usurpanda est ad illustrandum contractum adsecurationis.

---

1) *Ordonnance des Magistr. de Barcelone sur les assurances de 1435.* Vid. PARDESSUS, *Lois Maritimes*, tom. V, p. 493.

2) *Guidon de la Mer.* cap. I—V. Vid. PARDESSUS, *Lois Maritimes*, tom. II, p. 377.

§ 4.

EXPLICANTUR REQUISITA COMMUNIA.

1. *Dies, quo adsecuratio est contracta.*

In Codice Mercatorio Francico per art. 332: » *il est daté du jour, auquel il est souscrit,*” dies, in quo adsecuratores nomina sua polizze subscribunt, enunciari debet. Hoc tamen per negotii naturam vix ad eius substantiam pertinere, sive, ut ajunt esse essentielle videtur, nam ob causam § 1 dictam contractus exstat ab hoc inde tempore, quo de adsecuratione partes consensum dederunt. Hicce dies itaque in polizza monendus est. Cod. Merc. Franc. art. 332: » *il y est énoncé, si c'est avant ou après midi*” etiam loquitur de hora, num polizza ante an post meridiem facta sit. Sic jure Francico difficultatem tollere voluerunt, quae oritur, quum duabus adsecurationibus eodem die contractis, non certum sit, quae prima quaeque post-



rema sit, quaeque igitur valeat. Sed difficultas hoc modo minime tollitur, nam incertum semper est, quid sit ipsum temporis punctum, quo contractus initus sit. Secundum nostram legem ex contextu art. 252 et art. 277 et art. 278 Cod. Merc. statuendum est, duas adsecurationes eodem die factas aequae ratas esse.

## 2. *Nomen contrahentis.*

Saepe quaestio tractata est, an polizza praesentanti (*aan toonder*) subscribi possit. Nonnulli nomen adsecurati in polizza necessarium existimant et negant polizas praesentanti subscriptas exstare posse. Alii vero et inter eos Annotatores Amstelodamenses ASSER c. s. 1), contendunt has polizas secundum nostrum Codicem omnino valere, eamque sententiam facile sequor, nam articulus, qui

---

1) *Wetb. van Kooph. met aant. van Mrs. c. d. ASSER*,  
W. E. J. BERG ENZ., tom. I, p. 106.



in specimine Codicis anni 1830 hoc vetuit, sublat-  
tus est. Antiqua lex Hamburgensis, quae apud  
EMERIGONUM 1) exstat, hanc sententiam probat:

»Si praedictae navi malum acciderit, obstringimus nos  
»hoc ipso, vobis vel vestris mandatariis ad omne de-  
»trimentum resarciendum.»

Quod ad quaestionem attinet, num polizza dis-  
ponenti (*aan order*) exstare possit, nihil in Codice  
nostro invenimus. Variis articulis 2) nostra lex  
loquitur de indossamento, sed nihil de polizzae  
indossamento dicit. Facile igitur diceres polizzam  
disponenti exstare non posse, quae sententia pro-  
pugnata est in *Regtsg. Bijblad*, a. 1846, pag. 147.  
Secundum meam opinionem tamen polizza dispo-  
nenti revera exstare potest et considerari debet

---

1) *Traité des assurances*, cap. XVIII, sect. 2. PÖHLS,  
*Darst. des Gem. Deutsch. und des Hamb. Handelsr.*, tom.  
IV, § 656.

2) Art. 133, 139, 209, 212, 508, 573 *Cod. Merc.*  
*Nederl.*

tanquam actionis cessio. Cessionaris totam vicem cedentis, et ita disponens locum adsecurati obtinet.

3. *Rei adsecuratae descriptio.*

Res adsecurata describi debet, ita ut satis appareat, quaenam res adsecurata sit. Specimen Cod. a. 1830 volebat polizzam genus et aestimationem rerum designare. Hoc tamen non semper fieri potest. Saepe enim fit, ut pretii rerum ignari simus, quum res aliunde expectatae adsecuratae sint.

4. *Summa, ad quam adsecuratur.*

Adsecurator praestare debet pecuniam ad damnum resarciendum, quod locum habuerit. Saepe quaestio tractata fuit, num adsecurator damnum resarcire deberet secundum rerum conditionem tempore, quo contractus initus sit, an vero secundum conditionem tempore, quo periculum locum habuerit. Animadvertenti damnum revera

datum ad normam summae adsecuratae esse resarciendum facile persuadebitur, quaestionem in postremam sententiam esse decidendam.

5. *Pericula quae adsecurator in se suscipit.*

Licet contractus adsecurationis contractus sit bonae fidei, tamen, quod periculum attinet, necesse est, ut hoc periculum describatur; quod praecipue in adsecuratione maritima difficillimum est.

6. *Temporis per quod periculum adsecuratoris erit definitio.*

Contraquentes conveniunt de tempore intra quod periculum incipit et finem habet. Polizza hoc indicare debet, et necesse est ut intra hoc tempus perfectum sit periculum, nam alioquin periculum desinit esse adsecuratoris.

7. *Praemium.*

Vocabulum *praemium* derivatum est vel a voce



*praemio*, quae significat *praetium*, vel a voce *primo*, quoniam teste POTHIERIO 1), et CLEIRAC 2) solvitur ante omnia, quum polizza subscripta est. Vocabula *primeur*, *prémie*, *coust*, *agio d'Assurance* invenimus apud EMERIGONUM 3). Praemium autem ita de natura contractus est, adeoque ad ejus essentialia quae vulgo dicuntur pertinet, ut si illud non nominatim definitum est ejus quantitas usu et consuetudine definienda videatur. Ut autem solutum sit, omnino non requiritur.

Itaque pertinet ad substantiam contractus, ut praemium adsecurationis constituatur vid. § 1. Itaque licet in polizza praemii mentio non facta sit, valet polizza, quale vero pretium ita solvendum sit ex consuetudine loci quo contractum ini-  
verunt erit definiendum. Exstare solet ejusmodi pretium in foro consuetum (*een vaste koers*).

---

1) *Traité des assurances*, N°. 81.

2) Pag. 343.

3) *Traité des assurances ect.*, cap. III, sect. I.

In Gallia exstant *des billets de prime*, qui praemii soluti vicem sustinent. Adsecuratio etiam fieri potest pro certa summa; vel adsecuratio menstrua esse potest. Exstat in Francia etiam *assurance à prime liée* ut vocatur, id est vel in abitum et reditum vel in plura adeo continua itinera. » *Lorsque l'assurance est faite pour l'aller et le retour la prime est appelée liée, parce que l'aller et le retour sont liés et ne forment qu'un voyage 1).*»

Praemium solvere possunt adsecurati sub conditione ut, periculo majore orto praemium augeatur 2). Sic diversae species praemii exstare possunt.

8. *Omnes leges de quibus partes convenerunt.*

Universe in polizza describenda sunt omnia, quae intersunt adsecuratoris. Omnia, quae ad

---

1) EMÉRIGON, *Traité des assurances*, cap. III, sect. 2.

2) *Cod. Merc. Nederl.* art. 661.

contractum pertinent, et ea de quibus contractantes inter se convenerunt, continere debet polizza. Omnes conditiones inter adsecuratum et adsecuratorem factae vim legis habent. Et contra quae polizza non continentur vix ac ne vix quidem contractu ipso contineri possunt. Vid. Cod. Civ. art. 1934.

9. *Subscriptio adsecuratorum.*

Adsecuratores debent nomina sua huic polizzae subscribere. Ab hac subscriptione tamen non incipit tempus contractus, ut art. 257 Cod. Merc. dicitur: »*De overeenkomst van verzekering bestaat, zoodra dezelve is gesloten, de wederzijdsche regten en verpligtingen van den verzekeraar en van den verzekerde nemen van dat oogenblik hunnen aanvang, zelfs vóór dat de polis is onderteekend.*»

Itaque jam ante subscriptionem adsecuratorum initium habere potest contractus adsecurationis. Ab omnibus adsecuratoribus polizzae subscribi



debent, adsecurati vero sua nomina polizze non subscribunt. Est enim praecipua longe et primaria adsecuratoris obligatio, adsecurati vero obligatio praemii solutione omnis continetur.

---

§ 5.

EXPLICANTUR REQUISITA PROPRIA.

---

1. *Nomen magistri et navis, cum designatione ligni deterioris fortasse quam par est Vurenhout,*  
Vid. supra § 3, *vel declaratione adsecurati, se hujus rei ignarum esse.*

Dubium non est, quin adsecuratoris magni intersit navem cognoscere, sive navis ipsius periculum in se suscipiat, sive mercium certae navi imponendarum. Nam primum sic maxime constat, quae et in quem modum adsecuratione contineantur; deinde vero nonnullae naves majori periculo obnoxiae sunt, quam aliae. Fieri etiam potest, ut nomen tam magistri quam navis tenere non suffi-

ciat, exempli gratia quum navem ipsam non cognoscat, adeoque ex pleniore navis designatione quae navis, et quale periculum quod ex ea metuendum videtur, sit, cum possint utique in aliis itineribus suscipiendis aliae naves minus aut majus periculum minere. Nomen magistri secundum nostrum articulum est requisitum polizze de avertendo periculo maritimo. Quum nomen magistri frustra desideretur, vel error in nomine sit, adsecuratio tamen valet, modo navis designata sit. Hoc tamen certum est, ut nomine magistri in polizza indicato et postea alio magistro navi praefecto, hoc adsecurato objici possit. Hoc non solum verum est secundum jus commune, sed etiam secundum art. 251 Cod. Merc., qui adsecurationem nullam declarat falsis conditionibus factam. Obstat tamen art. 638 Cod. Merc., qui itineris navisque mutationem prohibet, magistri vero non. Assentior opinioni, in nonnullis casibus magistrum mutari posse nempe:

- 1°. Quum in polizza non nominetur magister.
  - 2°. Quum alternatim nominetur magister, cum clausula *talis* aut *alius*. De hac clausula variis modis viri docti judicant. EMERIGON et BOULAY PATY existimant magistrum tunc pro libitu mutari posse. Alii vero tantum ex necessitate.
  - 3°. Quum nominetur magister, ex necessitate tamen mutari potest, nam ex necessitate iter et navis mutari possunt, itaque a fortiori etiam magister. Hamburgi hodie certum est, magistrum ex necessitate solum mutari posse.  
»Die veränderung des Schiffers ist ganz nach  
»denselben Grundsätzen zu beurtheilen, wie  
»die des Schiffes. Sie muss also eine nothwendige seyn 1).“
2. *Locus, ubi merces navi impositae sunt vel imponendae.*
  3. *Portus, unde navis proficisci debuit vel debet.*

---

1) PÖHLS, I, p. 209.



4. *Portus, ubi navis onerari et exonerari debet.*
5. *Portus, ad quem appellere navis debet.*
6. *Locus, unde periculum adsecuratoris esse incipit.*

Ab hisce omnibus pendet periculum quod adsecurator in se suscipit. Periculum initium et finem habet, quae legislator proscripsit hisce placitis.

#### 7. *Aestimatio navis adsecratae.*

Navis itaque quatenus eius periculum ad adsecuratorem transfertur, semper aestimari debet, ita ut in adsecuratione navium nunquam polizzis, quae dicuntur *opene polissen*, utantur contrahentes, quoniam post navis interitum difficile esset ut verum pretium navis recte cognosceretur. Universe autem non necesse est, ut aestimatio rei adsecratae describatur. In adsecuratione de avertendo periculo maritimo haec descriptio tantum locum habet, quum navis adsecrata sit, nam quum merces adsecurentur aestimationis commemoratio non ne-

cessaria est, quamquam saepe apponitur. Judex nonnunquam summam quae polizza comprehenditur minuere potest, quum justa aestimatio ei deesse videatur. Lex universe cavet, ne ultra veram rei aestimationem adsecuretur, quod tamen adsecuratores non adco verentur, quandoquidem metuendum non videtur, ne magister dolo navem submergat; praeterea mercatores in minorem summam potius quam in majorem contractum adsecurationis inire solent, ne majus praemium solvere debeant. Antiquis temporibus cautum erat, ne adsecuraretur in plenam rei aestimationem; sed ab hoc principio, mercatura accrescente recessum est. Adsecuratores solent in navis conditionem inquirere, ut majus praemium poscant, quum navis minus recte sese habet, vel etiam ne omnino contractum adsecurationis ineant.

Haecce omnia necessaria sunt instrumentorum de avertendo periculo maritimo requisita et formam externam polizzae continent. Ipse contractus

autem qui polizza continetur iniri potest conditionibus de quibus contrahentes inter se conveniunt.

Hodie in plerisque locis expressa specimina polizzarum inveniuntur, in Cap. II igitur duo specimina, quae Amstelodami usurpantur, paucis explicanda suscepi.

CAPIT. II.

DE POLIZZA ASSURATORIA A MERCATORIBUS  
MAXIME AMSTELÆDAMENSIBUS  
USURPATA SOLITA

Antiquè temporibus quid nos certa formula  
polizae vel expressè prescribatur, vel ad ex-  
emplum quod mercatoribus commendaretur, pro-  
poneretur, tum in legè mercatorum regis anni 1613  
et 1670 tum in statuta certarum urbium velan-  
tiarum Amstelodamensium, tum exstat in Orde-



## CAPUT II.

### DE POLIZZA ADSECURATORIA A MERCATORIBUS MAXIME AMSTELODAMENSIBUS USURPARI SOLITA.

#### § 1.

UNIVERSE.

Antiquis temporibus apud nos certa formula polizze vel expresse praescribatur, vel ad exemplum quod mercatoribus commendaretur, proponebatur, tum in lege PHILIPPI regis anni 1563 et 1570 tum in statutis certarum urbium veluti in lege Amstelodamensi, quae exstat in *Ordon-*

*nantie van Assurantie en Avarijen der stad Amsterdam, anni 1744 et 1775 1),*

Duo expressa specimina, quae cum antiquis insignem habent affinitatem polizzarum, quae Amstelodami hodie in causis maritimis adhiberi solent, hacce § sequuntur. Prima polizza, quae navem spectat, vocatur fere *cascopolis*; secunda vero, quae ad merces refertur, *goederenpolis*. Utramque in § distribuendam censui, quo facilius singulas ejus clausulas ad juris nautici normam exigerem.

*Polizza in adsecuratione navis.*

(§ 1.) Wij ondergeschrevenen verzekeren aan U. . . . . of die het anders geheel of ten deele zoude mogen aangaan; vriend of vijand, te weten elk voor de som bij ons hieronder geteekend, (§ 2.) van. . . . . en alle circumjacentien van dien af tot. . . . . (§ 3.) op. . . . . het casco en de kiel, het tuig, de takelaadje en het oorlogstuig van het schip met al

---

1) Vid. *Handvesten ofte Privilegien ende Octroyen enz. der stad Amstelrdam*, tweede vervolg voortgezet tot in 1755 p. 92, 93.

deszelfs toebehooren, de mondbehoefden en alle onkosten tot in zee toe ('t geen God beware) den voorz. . . . . of iemand anders toebehoorende, genaamd . . . . . daar schipper op is . . . . . of wie voor schipper of schippers in zijne plaats zoude mogen varen.

Zijnde de geassurceerde ongehouden tot opgave van de designatie, charter of soort van hetzelfde schip; doch indien hetzelfde mogt blijken van vurenhout getimmert te zijn, zonder dat ons zulks zal zijn opgegeven, zullen wij niet verder gehouden zijn, dan tot het voldoen van de helft der gevallen schade.

Het gemelde schip . . . . .

(§ 4.) Vrij van onkosten, van ligdagen en van overwintering en vrij van schade en avarij gros onder drie ten honderd.

(§ 5.) Nemende wij de risico, mits dezen ten onzen laste, van het uur en dag af, dat het voorschr. schip een begin met laden van koopmanschappen zal hebben gemaakt, of wel zoodra het een begin heeft gemaakt, met den ballast voor de verzekerde reis in te nemen, en zal dezelve eindigen 21 dagen nadat het schip ter laatst gedestinceerde losplaats zal zijn aangekomen, of zooveel eerder als hetzelfde geheel zal zijn ontlost. Zullende het voorsz. schip mogen varen, voorwaarts, achterwaarts, wenden en keeren aan alle zijden en door nood, of met wille aannemen alle zulke havens of recën als de schipper of schippers tot nut en vordering van voorsz. reize goeddunken zal. Bestaande wijders de voorsz. risico: In alle gevaren ter zee, onweder, schiphreuk, stranden, overzeilen,



aanzeilen, aanvaren of aandrijven, gedwongen verandering van koers of van de reis, kappen, overboord werpen, brand, geweld, overstroming, neming, kapers, roovers, aanhouding op last van hooger hand, verklaring van oorlog, represailles, nalatigheid, verzuim van den schipper en scheepsvolk, als ook schelmerijen van het voorsz. scheepsvolk, en alle andere fortuinen van de zee, bedacht of onbedacht, gewoon of ongewoon, geene nitgezonderd; alle welke schaden door ons zullen worden betaald, ieder pro rato onzer geteekende som, en dat zonder korting binnen 3 maanden na het behoorlijk bewijs van dezelve.

(§ 6.) En in zulke gevallen geven wij U geassureerden en alle anderen volkomen magt, om, zoowel ten onzen schade als tot ons voordeel alle noodige middelen tot het behoud van het ten dezen verzekerde intrest in het werk te stellen, hetzelfde zoo het noodig is te doen verkoopen, en de penningen te distribueeren, zonder onze toestemming of volmagt te behoeven te vragen, mits ons echter, zooveel de omstandigheden zulks zullen toelaten, behoorlijk daarvan preadverticeerende; de gevallen schade, zoowel als de alzo gemaakte kosten, zullen door ons worden betaald, hetzij deze laatsten met of zonder succes worden geimpendeerd, mits een en ander niet te boven ga de door ons verzekerde sommen, en zullen wij de rekening deswegens geloof geven, op behoorlijk gejustificeerde bewijzen, of op den eed van dengenen, die dezelve zal hebben gedaan.

(§ 7.) Voorts op conditie, dat wij ondergeteekenden het 251 art. van het Wetboek van Koophandel tegen de geassureerden niet zullen mogen inroepen, tenzij de nagenoemde arbiters of het Provinciaal Gerechtshof in Noord-Holland mogen beslissen, dat daartoe in eenig geval ter goeder trouw en volgens usantie alhier, termen voorhanden waren, waartegen het verzekerde intrest niet aan ons zal kunnen of mogen worden geabandonneerd, tenzij hetzelfde ongetwijfeld zal verloren zijn, of dat er geen redelijke grond tot hoop van terugbeking plaats heeft, in welke gevallen echter mede de toestemming en goedkeuring van arbiters, of het welgemelde Gerechtshof zal vereischt worden, alvorens deze bepaling in werking te kunnen brengen. (§ 8.) Zijnde verder deze verzekering aangegaan onder uitdrukkelijke voorwaarde, dat art. 747, van hetzelfde Wetboek van Koophandel niet tegen ons kan worden ingeroepen, als zijnde aan dit art. door den verzekerden gerenuntieerd.

(§ 9.) Verder is bepaald, dat wanneer er verschil over deze polis, de gevolgen van dien, of de daarbij aangegane verzekering mogt ontstaan, alsdan partijen, zich zullen onderwerpen aan de uitspraak van scheidsmannen, welke uitspraak echter aan hooger beroep voor het Provinciale Gerechtshof van Noord-Holland onderworpen zal zijn, mits dat hooger beroep geinterjecteerd worde binnen drie maanden na de betekenis van het vonnis der scheidslieden; — en is verder omtrent de benoeming dezer scheidslieden overeengekomen,



dat één door ieder der partijen en de derde door de alzoo benoemde scheidslieden, of in cas van verschil tusschen deze, alsdan door de Arrondissements-Regtbank te Amsterdam zal worden benoemd, hetwelk mede voor de partij, welke in gebreke blijft hare keuze uit te brengen, zal plaats grijpen; zullende de benoeming van de scheidslieden door ieder der partijen, gelijke mede die, welke de benoemde arbiters uitbrengen, moeten geschieden binnen veertien dagen, nadat zij daartoe zijn geïnterpelleerd of uitgenoodigd en bij gebreke daarvan, de in gebreke blijvende partij of de scheidslieden gerekend worden geene keuze te willen uitbrengen, en alzoo de tusschenkomst van de voornoemde Arrondissements-Regtbank ingeroepen worden.

(§ 10.) En zulks tegen genot van eene premie van . . . . . ten honderd, voor dewelke wij ondergeteckenden . . . . . in rekening-courant hebben belast, en alzoo den geassureerden quiteeren bij dezen.

(§ 11.) Alles onder verband en submissie van onze personen en goederen, presente en toekomstende, renuntieerende als lieden van eer van alle cavillatiën en exceptiën die deze zoude contrariceren.

Aldus gedaan ter goeder trouw en op alle goede en kwade tijdingen in Amsterdam den. . . . .



*Polizza in adsecuratione mercium.*

Polizza in adsecuratione mercium non magno-  
pere recedit a polizza in adsecuratione navis. Con-  
tinet autem has clausulas peculiare.

(*Post alia*) (§ 1.) En dat op goederen, waren en koopman-  
schappen, gereed of niet gereed, en in het laatste geval hetzij  
ous daarvan kennis is gegeven of niet, geladen of nog te laden  
in het schip, enz. (*Post alia*). (§ 2.). Nemende wij de risico  
mits deze tot onzen laste van het uur en dag af, dat de  
voorschr. koopmanschappen zullen gebragt zijn op de kade,  
of den wal, om van daar geladen te worden in het voorz.  
schip, of in schuiten, barken of ligters, om daarmede ge-  
voerd te worden aan boord van het gemelde schip, en zal  
dezelve loopen ter tijd toc, dat hetzelfde schip tot de plaats  
of plaatsen als boven zal zijn aangekomen, en de voorz. goe-  
deren zonder eenige schade of verlies, aldaar gelost, vrijelijk  
en vredelijk op het land gebragt zullen zijn, in het vermo-  
gen van U geassureerde of Uwe gemagtigden, mits dat de  
ontlossing geschiede binnen 15 dagen na het arrivement van  
het schip ter gedestineerde plaats, ten ware dat door wettige  
verhinderung de lossing in dien tijd niet had kunnen ge-  
schieden, hetwelk, in geval van ramp of schade, bewezen  
zal moeten worden. Zullende het voorz. schip mogen varen,  
voorwaarts, achterwaarts, wenden en keeren aan alle zijden

en door nood of met wille aannemen alle zulke havens en  
reeën als den schipper of schippers tot nut en vordering van  
de voorz. reize goeddunken zal, en of door nood de gemelde  
goederen door dezelve ontladen werden en herladen in eenig  
ander schip of schepen, klein of groot, hetwelk zij zullen  
mogen doen eigener autoriteit en zonder ons consent te  
wachten, zullende wij de risico blijven loopen alsof de goe-  
deren nooit ontladen waren geweest.

(*Post alia*) (§ 3.) Zijnde verder deze verzekering aangegaan  
onder uitdrukkelijke voorwaarde, dat art. 267 alsmede art.  
662 van het Wetboek van Koophandel, het laatste art. voor  
zoo ver de opgaaf van den naam van den origineelen ver-  
zekerden betreft, niet door ons, en dat art. 747 van het-  
zelve Wetboek van Koophandel, niet tegen ons kan worden  
ingeroepen, als zijnde aan het laatste art. door den verze-  
kerden gerenuntieerd. enz., enz.

SECTIO PRIMA.

DE POLIZZA IN ADSECURATIONE NAVIS.

§ 1.

MENTIO CONTRAHENTIUM ET ADSECURATIONIS SUMMAE.

Inchoant polizzam a mentione contrahentium his  
verbis: *Wij ondergeschrevenen verzekeren aan U caet.*  
*Scilicet duae sunt personae, sive contrahentes, quae*  
*in contractu adsecurationis occurrunt. Altera il-*  
*larum vocatur adsecurator, quae se obligat ad dam-*  
*num resarciendum quod res adsecurata incurrit;*  
*altera adsecuratus dicitur, ad quem res pertinet,*  
*quae periculo obnoxia est.*



Art. 256. § ult. Cod. Merc. dicitur: » *de polis moet door elken verzekeraar geteekend worden.* » Itaque omnes adsecuratores debent sua nomina Polizzae subscribere. Adsecuratores non tantum possunt esse privati homines, sed etiam societates, quae aequae ac privati homines adsecurationem contrahunt.

Saepe adsecuratio perficitur per proxenetas, sive publicae personae sint sive privatae, quarum hi Amstelodami vocantur *assurantiebezorgers*. In *Codice nostro Mercatorio* 1) et in *Ordonn. van Assurantiën en avariÿen der stad Amsterdam* a. 1744 nonnulla de proxenetis in adsecuratione de avertendo periculo maritimo statuta sunt. An autem, eo tempore vere publica auctoritate constituti proxenetae Amstelodami exstiterint, non satis scio; hoc certum est jam per longum annorum spatium omnes qui hanc rem procurant esse personas privatas adeoque veri nominis *assurantiebezorgers*, qui proinde non

1) *Wetb. van Kooph.* Lib. II, Tit. IX, art. 681—686.

instituti sunt, aequae atque alii proxenetae, a magistratu municipali sec. art. 62 Cod. Merc.; sed omnes sui juris, qui hoc negotium agere velint et vectigal (*Patent*) ei rei impositum solvunt hanc personam induere, sese appellare possunt *assurantiebezorgers*, qui eorum fidem mercatoribus faciunt hanc rem agere, et in ea oleum et operam collocare possunt. Rotterodami proxenetae magis esse videantur publicae et juratae, si fides est libro: *de Koophandel enz*, door WILLEM VAN HOUTEN, p. 441 sqq.

Altera persona sive contrahens est adsecuratus, qui se obligat ad praemium solvendum. Nomen igitur ejus quem adsecuratio spectat vel gestoris debet in polizza exprimi secundum art. 251 al. 2 Cod. Merc. In specimine a. 1835 nomen exigebatur ejus qui rem adsecurandam curabat; »*die de verzekering laat doen*» atque mentio facta erat num illa persona esset dominus an negotiorum gestor. Sufficit hodie nomen adsecurati cum designatione rei: Illa verba *laat doen* mutata sunt

in verba: »voor eigen rekening of voor die van een  
»derde sluit 1).»

In usu tamen saepe fuit, quod etiam in nostra polizza exstat, ut praeter nomen adsecurati verba essent »of van dengeen, die zulks geheel of ten deele »zoude mogen aangaan, vriend of vijand.» Verba hoc efficiunt, ut magis in rem quam in personam scripta esse conventio videatur, ita quidem ut, modo ad adsecuratum quodammodo pertineat ea res, non ad amussim exigatur ad ejus sit eiusque omne rei periculum. Dominus licet non sit, res ad eum pertinere, periculum eum spectare potest. Ita nihil refert quota pars sit eius qui in integram rem vel suam tantum modo portionem contractum iniit. Late itaque patent ea *geheel of ten deele* item illud *die zulks zoude mogen aangaan.*

*Illam verba vriend of vijand hoc modo explicanda*

---

1) Voorduis, *Geschiedenis en beginselen der Ned. Wetboeken*, Tom. IX, pag. 194 et 198.



videntur. Contractus adsecurationis est contractus juris privati, non vero juris publici. Quum bella, quae populi inter se gerunt, omne commercium populis prohibeant contractus adsecurationis inter hostes non perficiendus videretur. Hoc tamen fit, quoniam ille contractus nihil commune habet cum jure publico, sed juris privati est. Contractus adsecurationis igitur est Juris Gentium et perfici etiam potest cum peregrinis 1). Neque arcetur adco qui patriae nostrae hostes habentur. Bellum cum populo universo hodie, non vero cum civibus singulis geritur. Multo minus exorto bello evanescent semel recte contracta inter cives utriusque populi negotia.

Voor de som bij ons hier ondergeteekend. Mentio adsecurationis summae non potest dici ad contractus substantiam necessario pertinere, quamquam

---

1) Emerigon, *Traite des Assurances*, Cap. 1, Sect. 6.;  
Potner, *Traité des Assurances*, N°. 92.

solet vulgo haec summa citari in polizza. POTHIR-  
RUS 1) dicit » que cette fixation de la somme n'est  
» pas de l'essence du contrat et que les assureurs peu-  
» vent s'obliger à payer en cas de perte des choses  
» assurées le prix qu'elles valaient suivant l'estima-  
» tion qui en serait faite." Quum tamen ad normam  
summae adsecurationis exigatur praemium, mirum  
non est ut vulgo haec summa in polizza exprimat.  
Habet illud etiam hanc utilitatem ut tum ratio  
constet qua inter adsecutores dividatur debita  
indemnitas, tum intelligatur ad quam summam  
universam navem adsecurandam curaverint.

§ 2.

SUSCIPENDUM ITER.

Polizza debet continere initium et finem itine-  
ris, id est locum a quo et locum ad quem pericu-

1) Traité des Assurances, no. 75.

lum adsecuratorem spectat. In Polizza verba: »van  
(v. c. Rotterdam) en alle circumjacentien van dien  
af,» explicari debent ex art. 4 Ordonn. a 1744,  
cum verba ex antiqua Polizza descripta sint. »Door  
»de circumjacentie van de plaats, van waar de assu-  
»rantie zijn aanvang zal nemen werd verstaan niet  
»alleen de plaats der ladinge, maar ook de zeegaten  
»en zeehavens, en voorts alle de Tonnen, Bakens,  
»of diergelijke Teekenen, zoo daar eenige mogten zijn  
»totdat de schepen dezelve zullen zijn gepasseert.»  
»In locum ad quem sive in portum, qui in po-  
lizza designatus est, navis debet tendere. Si navis  
loca devia sectatur, quorum polizza mentionem non  
facit, periculum adsecuratoris esse desinit. Arbi-  
traria itineris mutatio potest igitur corrumpere ad-  
securationem, vid. art. 638 Cod. Merc. »Bij ver-  
»zekering van het schip houdt de verpligting van den  
»verzekeraar op, door alle willekeurige verandering van  
»koers of van de reis, door den schipper uit zich zel-  
»ven of op last des eigenaars van het schip gedaan.»



Art. 639 Cod. Merc. explicat quomodo intelligenda sint verba: »willekeurige verandering van koers.»

POTHIERIUS 1) dicit: »Les assureurs se chargent  
» des risques durant le voyage mentionné par la police.  
» Si le vaisseau fait un autre voyage, les risques du-  
» rant ce voyage, qui n'est point celui mentionné par  
» la police, ne regardent pas les assureurs.» Quam

adsecuratus navem mittit ad portum remotiorem, quam illum qui in polizza nominatur, adsecurator cogi nequit ad solvendum damnum, quamquam praemium vel non solutum exigit vel solutum retinet. Adsecuratio vero valet, quum iter brevius fit.

POTHIERIUS dicit 2). » Si l'assuré sans le consente-  
» ment des assureurs envoie son vaisseau en un lieu  
» plus éloigné, que celui porté par la police, les assu-  
» reurs aussitôt que le vaisseau est arrivé à la hau-  
» teur du lieu porté par la police, sont déchargés des

1) *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 72.

2) *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 72.

«risques et la prime leur est acquise.” Probant hanc  
sententiam art. 653 Cod. Merc. Nederl. et art. 364  
Cod. Merc. Franc. Quum in polizza alternatim  
nominantur duo portus e. g. *van Rotterdam en alle  
circumjacentien van dien af tot Havre of tot Bordeaux*,  
tunc in alterutrum portum appellere potest navis,  
sed non in utrumque.

§ 3.

AVERSI PERICULI OBJECTUM.

Non solum tota navis adsecurari potest, sed etiam  
partes navis aut instrumenta. Apud nos verbo  
*casco* non comprehenduntur *twig, takelaadje*, neque  
etiam *oorlogstuig* vid. art. 593 Cod. Merc. Si om-  
nia haecce adsecuranda sunt sine speciali descrip-  
tione, verbum *navis* usurpandum est. Loquendi  
usus tamen introduxit fere latiore vocabuli adpel-  
lationem, quin etiam polizza vocatur *cascopolis*, licet  
non carinam tantum sed integram navem et navem

instructam spectet. Victualia tamen hocce vocabulo *navis* non comprehenduntur, neque antiquissimis temporibus adsecuratio victualium perfici potuit. In Ordonn. a. 1744, art. 7 dicitur. »Het »casco van 't Schip met deszelfs Rondhout, staande »en loopende Wand, Ankers, Touwen, Zeilen, Geschut, Ammunitie van oorlog, Consumabel en verder »aankleeve van dien, niets uitgezonderd, tot de Praemie »van Assurantie en de op hand gegevene gelden inclusive, zal ten vollen en zoo als het waarlyk tot in »Zee kost verzekerd mogen worden 1).»

Sequantur nomina *navis* et *magistri*. Nomina *navis* et *magistri* continere debet polizza; vid. art. 592 conf. supra § 5. Error nominis *navis* non attenditur, quando aliis modis constat de identitate *navis*, nam universe error nominis non nocet, quum de re constat. Adsecuratio secundum nostram polizzam non necessario debet

---

1) Conf. art. 602. Code Merc. Nederl.



designare navis speciem, sed adjicitur tamen in polizza: » doch indien hetzelfde mogt blijken van vuren-  
» hout getimmert te zijn, zonder dat ons zulks zal zijn  
» opgegeven zullen wij niet verder gehouden zijn dan  
» tot het voldoen van de helft der gevallen schade.”

Haec verba vim habent in computanda indemnitate praestanda. Non aliena sunt ab art. 592, § 1, cui sanctionem addunt; quod egregie convenit cum art. 8 Ordonn. der stad Amstelredam a. 1744 » die  
» zich wil doen verzeekeren op een casco of corpus  
» van een schip, dat een vuuren blaas is, zal hetzelfde  
» wel expresselyk in de Police moeten ter nederstellen  
» en verhaalen dat het een vuuren blaas is op poene,  
» dat andersints de assuradeurs niet verder zullen ge-  
» houden zijn als in de helft van de schade, die mogte  
» komen te vallen, te voldoen.” Post haec verba in polizza leges peculiares, de quibus partes inter se convenerunt, solent sequi, quales pro loco et tempore aliae atque aliae adjici solent.

§ 4.

CLAUSULA DE IMPENSIS, DIEBUS REMISSI ITINERIS ET DAMNO  
ATQUE CONTRIBUTIONE INTRA TRES CENTESIMAS.

Quae in instrumento nostro sequuntur verba, partim cum rei natura conveniunt, partim ne etiam de minimo damno teneatur adsecurator introducta sunt.

Prioris generis illud est: *vrij van onkosten*. Scilicet impensae qualescunque quae, ut navis recipiendo et transferendo oneri par sit, necessariae sunt, damnum omnino non continere videntur. Sed ejus generis sunt, ut earum ratio in constituendo naulo sit habenda. Excedunt itaque naturam contractus, quae haec est, ut de vero damno maritimo teneatur adsecurator, minime vero ut naulum lucretur et praeterea ipsas etiam impensas ab adsecutore salvas habeat. Habet autem ea clausula hactenus peculiarem significationem quatenus ita eae quoque impensae rejiciantur, quae *parvae*, or-

*dinariae* vel *communis* etiam *avariae* nomine olim continebatur, pro tertia parte a nave pro duabus tertiis partibus ab onere ex antiquo, etiam patrio, jure praestandae.

Sequuntur *van ligdagen en van overwintering*. Scilicet si moram nectat magister adeoque non tantum impensas auget, sed adeo etiam indemnitatem propter moram in dies singulos onerari debet, haec ad adsecuratorem omnino non pertinent, neque magis eo pertinet si per hiemem in portum navem recondere potius, quam mari vult committere. Secus esset si per damnum vere nauticum adeoque ad adsecuratorem spectans, moram facere, vel etiam in portum se suamque navem recondere coactus fuisset. Nam clausula omnino non efficit, ut ab adsecuratore abeat periculum et periculi sequela, quae in se suscipit.

Restant verba: *vrij van schade en van avarygros onder drie ten honderd*. Scilicet ut damnum suscipere adsecurator, ejusque periculum a se aver-



tisse videatur adsecuratus, debet illud esse alijus momenti. Quae autem navis ita per mare iter faceret omni tempestati, crebrisque venti mutationibus, aeri imbrique obnoxia per dies bene multos, mensesque adeo integras, quae non aliquid aliqua parte damnum fuisset passa. Profecto si omnia omnino, leviora etiam, vix recte definienda damna susciperet adsecurator, nullum iter sine resarcitione quadam foret perfectum et lucrum facile faceret adsecuratus, qui in pangendo nauulo ejus levioris atque consueti damni rationem non habuisse non potest. Quod autem de damno valet, valet etiam de contributione propter damnum. Haec si levior atque minoris momenti est, solum spectat adsecuratum; majoris demum alijus momenti damnum ab adsecuratore est resarciendum. Quid autem levius damnum, quaeque levior contributio ob datum damnum, videatur ita defini solet, ut ita haec exigantur si tres partes centenas excedunt. Caeterum si damnum aut

contributio hanc quantitatem excedunt, tunc illud totum atque sine deductione ulla ad adsecuratorem pertinet. Nam non haec est hujus clausulae ratio, ut veri damni nautici partem ab adsecuratore avertat, sed ne pro damno nautico habeatur, quod ejus appellationis dignum non est.

§ 5.

PLENIOR SUSCEPTI PERICULI DESCRIPTIO.

Iter atque periculum initium habent, quam magister navis navi onus imponere incipit et finem habent, simulac navis exonerata est. Observandum tamen est, ne in infinitum demendo oneri tempus teratur; sed tempus ut maximum constitutum est 21 dierum. Non longius durare potest quam per 21 dies, brevius vero omnino 1).

1) *Cod. Merc. Nederl.* art. 624—626. Art. 5, *Ordonn. van Amstelredam*, a. 1744.

Adsecuratio in abitum et reditum aut in plura itinera continua consideratur quasi unum tantum contineat iter; finem demum habet post 21 dies postquam integrum illud iter perfectum est. Exponitur illud in polizze verbis: »Nemende wij de »risico, mits dezen tot onzen laste, van het uur en dag »af, dat het voorschr. schip een begin met laden van »koopmanschappen, zal hebben gemaakt of wel zoodra »het een begin heeft gemaakt met den ballast voor de »verzekerde reis in te nemen, en zal dezelve eindigen »21 dagen nadat het schip ter laatst gedestineerde los- »plaats zal zijn aangekomen, of zoo veel eerder als »hetzelve geheel zal zijn ontlost."

Navis procedere et recedere atque in diversas partes se dirigere potest: »zullende het voorsz. schip »mogen varen, voorwaarts, achterwaarts, wenden en »keeren aan alle zijden." Necessitate etiam coacta navis portum intrare potest, qui magistro bonus videtur ad utilitatem itineris: »en door nood of met »wille aannemen alle zulke havens of reeën, als de



»schipper of schippers tot nut en vordering van  
»voorz. reize goeddunken zal.» Haec autem poli-  
tizzae clausula ne pugnare videatur cum art. 638  
Cod. Merc. Nederl. attendenda in ea imprimis  
sunt verba: »tot nut en vordering van voorz. reize.»  
Adsecuratus cum adsecuratore convenit de iti-  
nere; de ipso cursu ejusque singulis momentis  
non item. Itaque potest in commodum itineris  
procedere et recedere etc. secundum art. 639  
Cod. Merc. In Anglia etiam haec res sic sese ha-  
bet 1). Adsecuratus tamen hac conditione non  
abuti debet. Scilicet si magister aliquod per tem-  
pus ad portum designatum velificavit atque postea  
iter mutat, illa clausula »van voor en achterwaarts  
»te kunnen varen,» nihil prodest; nam recedere non  
idem est atque iter mutare. »De reis wordt ge-  
»rekend veranderd te zijn, zoodra de schipper dezelve  
»naar eene andere bestemming dan waarvoor verze-

1) MARSHALL, l. 231.

»kerd is heeft aangevangen.» Polizza describit periculum, quod adsecurator in se suscipit: »bestaande wijders de voorz. resico: in alle gevaren ter zee, enz. Haec verba conveniunt cum art. 637 Cod. Merc. Nederl., qui fere totus desumptus est ex art. 350 Cod. Merc. Franc. Onweder. Quum omnia amittuntur (bij totaal verlies) per procellas atque tempestatem, ultro sequitur, ut damnum ab adsecuratore resarciatur. Quum vero navis partim damnum patitur, quaestio agitari potest, num illud damnum non possit pertinere ad quotidianum et ordinarium navis detrimentum adeoque solum adsecuratum spectare. Noster art. 637 illam quaestionem tollit, nam dicitur »alle verliezen komen voor rekening van den verzekeraar.» Schipbreuk en stranding. Illa verba diversam significationem habent, et sunt duo casus vid. art. 663, 664 Cod. Merc.

*Schipbreuk.* Naufragium hoc loco stictiori sensu debet intelligi et est malum quo navis tota perit,

vel quo navigii reliquiae refectione non dignae sunt 1). *Stranding* vero significare videtur in terram deferri, ita ut navis haereat in vado.

Sequuntur: *Overzeilen, aanzeilen, aanvaren of aandrijven*. In cod. Merc. Franc. art. 350 hoc vocatur *abordage fortuit*. Si igitur navis per negligentiam magistri in navem aut in scopulum impingitur adsecurator damnum resarcire non debebat 2). In nostro vero articulo 637 hoc verbum *fortuit* jure promittitur, nam omne damnum per culpam magistri resarcire debet adsecurator.

*Gedwongen verandering van de koers of van de reis*. Mutatio itineris debet esse necessaria. Quum navis procellis coacta in alium portum tendat et quum metus adsit ne navis in manus hostium vel piratarum cadat, mutandum est iter. Sine necessitate, tamen iter neque cursus possunt mutari.

1) Arrest van het hof van Zuid-Holland, d. d. 2 Februarij 1848, *Regtsgel. Bijblad* IV. p. 145.

2) Pothier, *Traité des Assurances*, No. 50.



*Kappen, overboord werpen.* Itaque quod ad avariam pertinet resarcire debet adsecurator 1).

*Brand.* Apud nos non refert, ut certum sit, qua causa incendium oriatur. Nam culpa potest esse magistri, et illam praestat adsecurator. Nunquam fit, ut magister ex generoso, nescio quo animi impetu navem incendat ne ab hoste capiatur. Adsecutores profecto ita non omnino damnnum resarcire deberent, quatenus hoc praeter necessitatem, mero magistri arbitrio factum fuisset. Sed si navis nihilominus capienda ab hoste fuisset et domino tamen peritura fuisset haud recte indemnitate negarent 2).

*Geweld.* Hoc verbum non invenitur in art. 350 Cod. Merc. Franc. Quum navis in custodia retinetur atque vi publicatur nautis damnnum oriri potest.

*Overstrooming.* Inundatio est etiam periculum

---

1) POTIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 52.

2) POTIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 53.

maris atque ergo eam praestare debet adsecurator.

*Neming, kapers, roovers.* Quod non dissimilem habet significationem atque polizae antiquioris: »*vrienden en vijanden.*» Jam quarto decimo aevo adsecurator contra illorum molestiam perficiebatur. Sub hostibus et piratae comprehenduntur in formulis adsecurationum. Gentes amicae non continentur. Parum tuta tamen earum amicitia fuit 1).

*Aanhouding op last van hooger hand* vocatur in Cod. Merc. Franc. *Arrêt du Prince* 2).

*Verklaring van oorlog.* Adsecuratio perfecta est tempore pacis, et belli denunciatio efficere potest ut navis domum reverti aut portum debeat intrare. Damnum ita datum adsecuratoris est. 3).

*Represailles.* Quum bellum gentes non inter se

---

1) VAN DER KEFSEL, th. 44.

2) EMERIGON, *Traité des Assurances*, cap. XII sect. 30.  
POMIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 56—60.

3) POMIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 61.

gerunt, sed altera alterius navi manum injicit quasi in pignus.

*Nalatigheid*, verzuim van den schipper en scheepsvolk. Art. 353 Cod. Merc. Franc. statuitur: » l'assureur n'est point tenu des prevarications et fautes du capitaine et de l'équipage connues sous le nom de baraterie de patron s'il n'y a convention contraire 1). »

Itaque secundum jus Francicum adsecuratores non praestant culpam neque dolum magistri aut nautarum, nisi contrarium stipulatum sit. Apud nos etiam olim varie illa de re judicaverunt viri docti. HUGO GROTIUS 2), inter pericula adsecurationis etiam enumerat: » *schelmerye ofte onagzaamheit van schippers*; » VAN DER KEESSEL 3) vero dicit ad pericula non pertinere: *quidquid accidit imperilibus magistri vel vadorum exploratoris.* »

1) POHIER, *Traité des Assurances*. N<sup>o</sup>. 64.

2) *Inleydinghe tot de Holl. Rechtsgeleerdheid*, III. 24. 7.

3) *Thes.* 742.



*Schelmerijë*. In mare Mediterraneo, in Francia atque in Anglia vocatur *Baratterie*, id est *permutatio in malam partem*. In Anglia illo verbo dolus tantum comprehenditur, in Francia vero culpa conf. art. 353. Cod. Merc. Franc. Apud nos vocabulum *schelmerij* in usu es, ad quod non pertinent imperitia neque negligentia magistri. *Schelmerij*, *Baratterie*, significat delictum quod magister navis erga navis dominum vel erga merces committit. Quum adsecuratio navis est, adsecurator non praestat *baratteriam* magistri secundum art. 640 Cod. Merc., culpam vero omnino secund. art. 637 Cod. Merc.

*Schelmerij van het scheepsvolk*. In art. 637 Cod. Merc. etiam nominantur nautae, sed non in art. 640 Cod. Merc. Itaque ipso jure adsecutores praestant *baratteriam* nautarum. *Baratteria nautarum* id est *rebellio*, et praesertim *furtum* nautarum.

Apud nos culpam et dolum vadorum exploratoris debet praestare adsecurator, nam omne damnum

adsecuratoris est. BARELS 1) dicit hoc non periculum maris, sed culpam et dolum nautae esse, quamquam tamen adsecutores resarcire damnum debent; nam dicit: »zoo blijft dan ook resoluut en zeker, dat dezelve schade, die niet geexcipieerd zijnde »geweest bij de assuradeurs, die ten respecte van al »hetgene buiten de risico van de zee, de goederen zoude »overkomen, zich in plaatse van den geassureerden gesteld hebben gehad, in alle redelijkheid gesupporteerd »en gedragen zal moeten worden in vergelijking van de »praemie die zij na evenredigheid van zoodanige te »vreezene schade genooten hebben gehad.”

Alle andere fortuinen van de zee. Art. 637, Cod. Merc. verba exstant, »alle van buiten aankomende »onheilen.” POTHIERIUS 2) verba fortunes de mer hoc modo explicat: »les risques, dont les assureurs »se chargent par la nature du contrat d'Assurance

1) *Advijsen over den Koophandel en Zeevaart*, I. adv. 13.

2) *Traité des Assurances*, No. 64.

»sont les pertes et dommages, qui arrivent par quel-  
»que cas de force majeure à laquelle on ne peut re-  
»sister, (vis divina).” Sed universe quodcunque  
damnum obveniens mari praestare tenentur adse-  
curatores. Sed damnum quod ex natura rei ad-  
securatae oritur, adsecuratoris non est 1).

*En alle andere fortuinen van de zee bedacht of  
»onbedacht, gewoon of ongewoon, geene uitgezonderd.”*

Haec verba desumpta sunt ex art. 290 Cod. Merc.  
et in nostro articulo verbis *hoe ook genaamd in-*  
*telliguntur.*

---

§ 6.

MANDATUM DE GERENDO ADSECURATORIS NEGOTIO IN  
SALVANDA NAVE, ET UNIVERSA ADSECURATORIS  
UTILITATE PROCURANDA.

Pergunt in conscribenda polizza » *En in zulke*

---

1) Vid. Cod. Merc. art. 249.



» gevallen geven wij U geassureerden en alle anderen  
» volkomen magt, om, zoo wel ten onzen schade als  
» tot ons voordeel alle noodige middelen tot het behoud  
» van het ten dezen verzekerde intrest in het werk te  
» stellen, hetzelve zoo het noodig is te doen verkoopen,  
» en de penningen te distribueeren, zonder onze toe-  
» stemming of volmagt te behoeven te vragen, mits ons  
» echter zooveel de omstandigheden zulks zullen toela-  
» ten daarvan preadverteerende.”

Universe statuitur art. 283 Cod. Merc. Nederl.,  
ut adsecuratus omnem diligentiam praestare debeat  
in salvandis rebus adsecuratis, atque ut impensas  
ab adsecurato factas resarcire adsecutores tene-  
antur. Scilicet adsecuratus non amittit quidem  
rei adsecratae dominium. Sed tamen non in pro-  
prium tantum commodum, sed etiam in utilitatem  
adsecuratoris rem suam diligenter et conservare et  
procurare debet. Ita scilicet dum suis rebus pro-  
spicit etiam rem agere atque negotia gerere adse-  
curatoris videtur; simili fere ratione, qua venditor

rem venditam ad traditionem usque in emtoris utilitatem procurat. Ex peculiari autem polizze clausula pro negotiorum gestore, mandatarius fere adsecutoris evadit. Sed sive mandatarius esse sive negotiorum gestor videatur, utroque casu se gerere debet ut bonum et diligentem patrem familias decet. Auctoritate autem aut consensu adsecutoris non indiget adsecuratus, quippe rei adsecratae dominus; sed omnia facere debet in commodum vel rei adsecratae vel adsecutorum ipsorum.

Quamquam vero non necesse est, ut consensum adsecutoris adsecuratus expectet ad omnia facienda, quae sunt in commodum rei adsecratae, statim tamen post damnum ortum adsecuratus hoc adsecutori indicare debet; nam legimus in polizza, » *mits ons echter zooveel de omstandigheden zulks » zullen toelaten behoorlijk daarvan preadvertteerende.*»

In eandem sententiam scriptum jam erat art. 654 Cod. Merc. Nederl. » *De verzekerde is verpligt aan den » verzekeraar of indien er meerdere op eene en de-*

» zelfde polis geteekend hebben, aan den eersten on-  
» derteekenaar onverwijd mede te deelen alle tijdingen  
» die hij opzigtelijk eene ramp aan goed of schip over-  
» gekomen, bekomt, en moet kopijen of uittreksels van  
» de brieven waarin de tijdingen vervat zijn mede-  
» deelen aan diegenen der verzekeraars, die zulks  
» mogten verlangen." Bij verzuim daarvan is de  
» verzekerde gehouden te vergoeden alle de onkosten:  
» schaden en interessen." Tenetur igitur adsecura-  
tus de eo quod interest, si negligenter versatus  
est in communicandis, quae in commodum adse-  
curatoris sunt. Significatio utilis nempe est, ut  
adsecuratores in tempore sciant, quid iis minetur.

» De gevallene schade, zoowel als de alzo ge-  
» maakte kosten, zullen door ons worden betaald,  
» hetzij deze laatsten met of zonder succes worden ge-  
» impendeerd, mits een en ander niet te boven ga de  
» door ons verzekerde sommen." Adsecurator se obli-  
gat ad damnum resarciendum, atque impensas  
solvendas ab adsecurato factas. Adsecuratus sci-



licet adsecuratorem cogere potest, ut impensae quamquam effectum non habuerint, ad salvandam atque redimendam navem adhibitae ei restituantur. Ultro patet, ut adsecurator tantum teneatur usque ad summam adsecuratam, nam universe quisque tantum praestare debet id, ad quod se obligavit.

»En zullen wij de rekening deswegens geloof geven op behoorlijk gejustificeerde bewijzen, of op den eed van dengeenen, die dezelve zal hebben gedaan.» Adsecurator se obligat ad solvendum, si idonea probatio adest, ex qua pateat illas impensas factas esse. Aliis probationibus deficientibus, jusjurandum potest deferre adsecurator adsecurato.

§ 7.

RENUNCIATIO ART. 251 COD. MERC.

Art. 251 Cod. Merc. statuitur: »alle verkeerde

» of onwaarachtige opgave of alle verzwijging van aan  
» den verzekerde bekende omstandigheden, hoezeer te  
» goeder trouw aan diens zijde hebbende plaats gehad,  
» welke van dien aard zijn, dat de overeenkomst niet,  
» of niet onder dezelfde voorwaarden zoude zijn ge-  
» sloten, indien de verzekeraar van den waren staat  
» der zaak had kennis gedragen, maakt de verzeke-  
» ring nietig.” Haec in lege statuta sunt, attamen  
renunciatur huic art. 251 ab adsecratoribus in  
verbis: » op conditie dat wij ondergeteekenden  
» art. 251 Weib. v. Kooph. niet zullen mogen  
» inroepen.”

Quaeritur an haec renunciatio in concordiam  
redigi possit cum art. 254 Cod. Merc: » afstand  
» bij het aangaan der verzekering of gedurende der-  
» zelve loop gedaan van hetgeen bij de wet tot het  
» wezen der overeenkomst wordt vereischt, of van het-  
» geen uitdrukkelijk is verboden, is nietig.” Scilicet  
ex hoc art. ipsa renunciatio frustra fieri videtur.  
Ex art. vero 251 Cod. Merc. per falsam declara-

tionem aut silentium irrita fieret ipsa adsecuratio. Sed per art. 254 frustra renunciatur iis, quae ad contractus substantiam pertinent. Ut autem omnibus omnino numeris absoluta periculi descriptio adsecurationi addatur, vix est ut ad ipsam contractus substantiam referatur. Requiritur ea omnino et vitiatur adsecuratio si ea desideratur, sed non ita ut renuntiatio prohibeatur et iniquum mihi videretur contrahentibus jus adimere leges faciendi, quae non pugnant contra bonam fidem neque contra bonos mores 1).

Practerea vero art. 251 non passim atque omnino renunciatur in polizza, sed ita nisi arbiter aut iudex ei fide bona atque juxta consuetudinem locum esse censeat: »tenzij de nagenoemde arbiters »of het Provinciaal Gerechtshof in Noord-Holland mog- »ten beslissen, dat daartoe in eenig geval ter goeder

---

1) *Vonnis der Amst. Regtbank, 27 Maart 1840. Weekbl. van het regt, N<sup>o</sup>. 134.*



»trouw en volgens usantie alhier termen voorhanden  
»waren." Videntur ita captiosae tantum art. in-  
terpretationi renuntiare, quae ita adesset, si contra  
mentem contrahentium ex non commemoratis le-  
vioribus periculis damnisve totam adsecurationem  
impugnandam censuissent.

Sequitur: »waartegen het verzekerde intrest niet  
»aan ons zal kunnen of mogen worden geabandonneerd,  
»tenzij hetzelfde ongetwijfeld zal verloren zijn, of dat  
»er geen redelijke grond tot hoop van terugbekoming  
»plaats heeft." Dominium rei adsecuratae igitur non  
potest ad adsecuratorem transire, nisi omnis spes  
rei servandae vel recipiendae amissa sit. Adjiciun-  
tur verba: »in welke gevallen echter mede de toestem-  
»ming en goedkeuring van arbiters of het Provinciaal  
»Geregtshof van Noord-Holland zal vereischt worden  
»alvorens deze bepaling in werking te kunnen brengen."  
Itaque postquam certum erit, ut res amissa sit,  
arbiter aut judex tamen consentire debet antequam  
dominium rei adsecuratae transire potest.

§ 8.

RENUNCIATIO ART. 747 COD. MERC.

Art. 747 Cod. Merc. statuitur: »de bepaling  
»van art. 2010 van het Burgerlijk Wetboek is toe-  
»passelijk op de verjaring in art. 741, 742, 743,  
»vermeld.» Secundum hos articulos jusjurandum  
potest exigi ab eo, qui in contractibus maritimis  
praescriptionem brevem provocat. Magnam diffi-  
cultatem praeberet illud jusjurandum, qua re jure  
illo articulo renuntiatur ab adsecutis 1).

§ 9.

COMPROMISSUM.

Olim ut in aliis Europae regionibus, ita etiam

1) LIPMAN, *Wetb. van Kooph. vergeleken met het Rom.  
en Fransche regt*, pag. 301.

in patria nostra certi iudices exstabant, qui de controversiis inter adsecuratum et adsecuratorem judicabant. Amstelodami quidem a. 1598 collegium, quod vocatur *Kamer van Assurantien en Avarijen*, creatum est, cujus socii erant tres 1). Illi socii vocabantur *Assurantie-Meesteren*, *Commissarissen van Assurantie*, qui de litibus ex adsecurationis contractu ortis judicabant. Anno 1744 facta est nova *Ordonn. van Assurantien en Avarijen der stad Amsterdam*, quae illud collegium confirmavit art. 43: »alle differenten tusschen partijen ontstaande wjt saake van Assurantie hier ter steede geschied, zullen ter eerster instantie geventileert, ende volgens deze Ordonnantie getermineert worden bij commissarissen van Assurantiën alhier.” Ex his antiqui juris placitis hoc superest ut non soleant contrahentes de avertendo periculo ad iudicem

---

1) LE 10360, *De Koophandel van Amsterdam*. Tom 1. pag. 43.



ordinarium lites eo nomine ortas deferre sed ad arbitros confugiant ex compromisso, quod in polizza his verbis continetur: *verder is bepaald dat enz.* Itaque in prima saltem instantia iudicium arbitrorum contrahentes sequuntur, doctrinam quae continetur art. 620 Cod. de rat. proc. applicantes. Provocare possunt ad jurisdictionem provinciae Hollandiae Septentrionalis, etiam juxta art. 647, 650 Cod. de rat. proc.

Sed illa provocatio interjici debet intra tres menses post iudicium arbitrorum. Quod attinet ad nominationem ipsam arbitrorum in rebus adsecurationis regulas sequuntur, quae universe in tit. I, lib. III, Cod. de rat. proc. in rebus civilibus statutae sunt.

§ 10.

PRAEMIUM.

» En zulks tegen genot van eene praemie van....

»ten honderd.» Praemium quid sit in § 4 Cap. I, ostendimus. Praemium est justum pretium periculi quod adsecurator in se suscipit. Justum pretium periculi definire difficile erit, et constituendum est a contrahentibus. Illi de magnitudine praemii conveniunt 1).

Antea usus fuit, quum polizza subscribebatur ut praemium etiam statim solveretur. In lege quae Barcinoniae obtinuit 2), hoc sub poena nullitatis constitutum fuit. Sed postea introductum fuit ut proxenetae praemium adsecurator expensum ferret, quod adsecuratus debebat rursus proxenetae. In nostra polizza legimus: »voor de-  
»welke wij ondergeteekenden . . . . . in rekening courant  
»hebben belast en alzo den geassureerden quitteren  
»bij dezen.» Itaque proxeneta, vel potius adsecurationis procurator (*assuranceur*) mandata-

1) POTIER, *Traité des Assurances*, N<sup>o</sup>. 82 sqq.

2) *Ordonn. de Barcelone*, a. 1435 art. 11.

rius est adsecurati, et tenetur ad praemium adsecuratori, tanquam proprium debitum solvendum 1).

Adsecurator igitur actionem habet in proxenetam praemium non solventem.

Proxenetam vero habet jus retentionis in polizza non traditam 2). Hoc quasi pignoris jure valet ad versus debitorem, et praesertim quum adsecuratus qui praemium non solvit foro cedit.

Quum polizza tradita est antequam praemium solutum est, et adsecuratus foro cedit privilegiatus fit creditor proxenetam 3). In Anglia proxenetam jus retentionis habet in polizza pro toto nomine (*voor de geheele openstaande rekening*). Apud nos vero illud jus retentionis non tam late patet vid. art. 685 Cod. Merc. In Francia privilegium in navem securitatem dat adsecuratori 4).

1) Vid. Cod. Merc. art. 682.

2) Vid. Cod. Merc. art. 684.

3) Vid. Cod. Merc. art. 685.

4) Cod. Merc. Franc. art. 191, N<sup>o</sup>. 10.



§ 11.

POLIZZAE CONCLUSIO.

Verba: »alles onder verband en submissie van onze  
»personen en goederen, presente en toekomstige re-  
»nunticerende als lieden van eer van alle cavillatiën en  
»exceptiën die deze zoude contrarieëren,” eadem sunt  
atque in formula polizze a. 1744. Peculiarem autem  
significationem non habent, cum obligatio *bonorum*  
erga creditores prorsus supervacua sit commemo-  
ratio, quippe quae vel sine stipulatione obtinet;  
obligatio vero *personae* nisi in causis lege definitis  
prorsus sit illicita. Neque plus efficiunt verba:  
*Aldus gedaan ter goeder trouw*. Bona tamen fides  
regnare debet in illo contractu; contractus scilicet  
adsecurationis est bonae fidei, et ideo requiritur  
in illa bona fides, non dolus non fraus sed solum  
aequitas quae est anima commercii 1).

---

1) CASAREGIS, disc. I. N<sup>o</sup>. 2. Conf. EMERIGON, *Traité des Assurances*, cap. I, sect. 5.

*Op goede en kwade tijdingen. Art. 594 N<sup>o</sup>. 5 Cod. Merc. statuitur, verzekering kan gedaan worden op goede en kwade tijdingen. Hoc locum habet, quum adsecuratio perficitur sive ad bonum nuncium ut navis servata ad portum designatum adveniat, sive ad malum nuncium quo damnum praesumendum est.*

## SECTIO SECUNDA.

### DE POLIZZA IN ADSECURATIONE MERCIIUM.

#### § 1.

##### AVERSI PERICULI OBJECTUM.

Inter clausulas, quae in hac polizza occurrunt peculiare primum locum obtinet descriptio ob-  
jecti averse periculi. De hac igitur paucis de-  
spiciendum est. Huc autem pertinent in polizza  
verba: *Goederen, waren en koopmanschappen*. Universe  
merces, quae adsecurantur in polizza nominantur.  
Quum vero adsecuratus ignarus est, quae navis  
erit onerata mercibus aliunde expectatis, nomen  
navis non necessarium est, et potest adsecuratio  
perfici in quovis id est in navigio qualicunque.



Mercatores saepe merces peregre recipiunt quarum nesciunt speciem, tunc universe adsecuratio fit mercium 1). Sed multum abest, ut omnis generis res mobiles hoc nomine contineantur. Nonnullae res specialiter in polizza debent designari sub poena nullitatis, vid. art. 596 § 2 Cod. Merc., quae verba desumta sunt ex art. 10 Ordonn. van Amsterdam van Assurantiën. » Doch onder de generale » benaming van Goederen, Waaren en Coopmanschap- » pen en zal niet werden verstaan begreepen te zijn, » Goud, Silver, Gemunt of Ongemunt, Juweelen, » Paarden ofte Kley nodiën, nog Ammunitie van Oor- » logh en Geweer en sal dierhalven dengeenen, die » hem daarop wil doen verseecken gehouden zijn, die » waaren in de Police te noemen, en uyt te druk- » ken, alsmede wanneer deselve bij andere Goederen » ingepakt zijn of andersints zal de verseekeringe ge- » agt en genoomen werden voor krachteloos en van

1) Vid. Cod. Merc. art. 596.

»geener waarde.” Pretiosa non pertinent ad merces ordinarias, neque propter parvum volumen adsecuratione mercium continentur. Adsecurator igitur non praestet pretiosa. Quod attinet ad verbum *krijgsbehoefte*; illa arma antea non tanquam merces adsecurari potuerunt, sed ad navis adsecurationem pertinuerunt.

Merces adsecurari possunt pro pleno pretio, quod tempore et loco exonerationis habent. Omnes impensae, vecturae atque praemium aestimationem mercium augent, et simul cum mercibus adsecurari possunt, quamquam specialis aestimatio cujus vis objecti non necessaria est, vid. art. 612 Cod. Merc. Ille articulus convenit cum art. 22 Ordonn. van Amsterdam a. 1744. » *Alle Goederen, » Waren en Koopmanschappen, geen wytgesonderd, als » mede Goud, Silver, Juweelen, Paarlen en Kleinodiën, » zullen met alle onkosten tot aan boort met de praemie » van Assurantie inclusive, ten vollen verseekerd mogen » werden, en zal geen taxatie in de police plaats heb-*

»ben van Goederen en Effecten, waarvan den reëlen  
»inkoop of waarde kan werden geproduceert.»

Sequuntur in polizza verba geladen of nog te laden in het schip. Necessè non est ut merces jam oneratae sint, nam periculum adsecuratoris est simulatque merces vallo impositae sint, ut § sequenti videbimus.

§ 2.

ADSECURATI EXPOSITIO PERICULI.

Periculum in adsecuratione mercium non incipit simulac merces navi impositae sint, uti in adsecuratione navis (vid. supra sect. I, § 5), sed a littore ad littus, id est ab eo terrae loco, ad quam delatae sunt merces navi ipsi imponendae vel ad navem per navigium aliquod perferendae ad eam terram in quam depositae rursus sunt merces. Exoneratio intra quindecim dies fieri debet. Est igitur constitutum tempus ut maximum quindecim dierum,



uti in adsecuratione navis unius et viginti dierum, ne exoneratio in infinitum produceretur 1).

Art. 629 Cod. Merc. exceptionem continet, quae mihi valde aequa videtur: »Indien de schipper of »de verzekerde op goederen, door wettige redenen ver- »hinderd wordt binnen den bij art. 627 bepaalden tijd »te lossen, zonder zich aan vertraging schuldig te ma- »ken, blijft het gevaar van den verzekeraar doorloopen »totdat de goederen gelost zijn. Propter vim majorem exoneratio fieri nequit. Periculum naturaliter finem habet post exonationem; itaque quum propter legitimam causam exoneratio fieri nequit, adsecuratio manet, nam merces usque ad exonationem periculo obnoxiae sunt. Quum magister navis necessitate coactus est alienum portum intrare, periculum non desinit esse adsecuratoris. Quum naves hoc loco exoneratae sunt, et ita merces littori impositae sunt, periculum tamen est ad-

---

1) Cod. Merc. art. 627. Amst. Ordonn. a. 1744. art. 5.

securatoris, nam exoneratio sequela est maris tempestatum. Adsecuratio itaque currit usque ad finem legitimum itineris 1).

Reliqua verba quae in polizza nostra invenimus, eadem sunt, quae in polizza in adsecuratione navis occurrunt; conf. igitur supra sect. I, § 5.

---

§ 3.

PACTUM DE ART. 267, 662, 747 COD. MERC.

Art. 267 Cod. Merc. statuitur: »Indien bij de  
»polis geene melding is gemaakt dat de verzekering  
»voor rekening van een derde is geschied, wordt de ver-  
»zekerde geacht die voor zich zelven te hebben gesloten.»

Secundum hunc articulum polizza mentionem facere debet, si adsecuratio perfecta est nomine tertii, nam alioquin adsecuratus existimatur qui adsecurationem perficit. Huic articulo renuntiatur ab adsecu-

---

1) Cod. Merc. art. 628.

ratoribus quod legi non admodum convenire videntur, sed contrahentes inter se omnia pacta facere possunt, quae volunt. Hanc ob rem etiam renuntiare possunt contrahentes art. 662 a. 2 dicenti:

» *Degene die eene verzekering voor een ander heeft  
» gesloten, zonder deszelfs naam bij de polis uit te  
» drukken, kan de premie niet terug vorderen, op  
» grond dat de belanghebbende de verzekerde goederen  
» niet, of in mindere hoeveelheid, heeft afgezonden* »

Haec verba quae in specimine codicis a. 1830 non inveniebantur, pugnare videntur cum art. 281 Cod. Merc. Necessaria tamen erant haec verba, quoniam adsecurator alioquin tenebatur ad praemium reddendum, quum damnum parvum esset. Quod ad art. 747 attinet jam supra vidimus sect. I. § 8.

Haece sunt quae de polizza disserenda habui. Plurima quae ob virium tenuitatem in specimine meo occurrunt vitia ignoscat, precor, benevolus lector.



## THESES.

### I.

In L. XIII, § 3. D. de acceptilatione verba: »si vero  
»quasi ex usufructu, cum possit usus sine fructu consti-  
»tui, dicendum est acceptilationem valere» bene se ha-  
bent; sed minime inde sequitur, fructum sine usu indi-  
recte constitui posse.

### II.

Non adsentior VANGEROW I, 706 dicenti: »die nega-  
»torische klage ist gar nicht auf den Fall beschränkt, wenn  
»ein Dritter sich eine Servitut anmasst, sondern sie ist

» auch bei andern partiellen Eingriffen in das Eigenthum  
» anwendbar.»

III.

Per querelam inofficiosae donationis donatio etiam  
ultra legitimae modum rescinditur.

IV.

Retentio propter debita non connexa fieri potest.

V.

In art. 333 Cod. Civ. verbum *voorkinderen* significat  
liberos parentis defuncti.

VI.

In art. 333 Cod. Civ. verba: » zij kan alzoo ten aan-  
» zien der erfopvolging niet strekken ten nadeele van wet-  
» tige voorkinderen » non sunt enuntiativa sed limitativa.

VII.

Miles minor natu domicilium habet, ubi parentes do-  
micilium habent.

VIII.

Art. 1016 Cod. Civ. abundat; nam quod ex illo articulo  
continetur, sequitur ex generali regula art. 1428 Cod. Civ.

IX.

Mercator epistolas quas accepit mercatorias, per triginta annos servare tenetur.

X.

Minus probandum quod Annot. Amstel. ad art. 166 Cod. Merc. dicunt: »geen mandaat hebbende om aan dezen te betalen, zoo behoeft hem de trekker geene rekening van gedane betaling te houden.»

XI.

Minus probandum quod a peregrino, cui concessum est gratis causam agere, cautio quae dicitur cautio judicatum solvi, exigi possit.

XII.

Peregrinus peregrinum nisi hic domicilium habentem coram nostris iudicibus in jus vocare nequit.

XIII.

Liberi ad alendos parentes in solidum tenentur.

XIV.

Jure nostro verbo magis quam re mixtas admitti actiones contendo.



XV.

Recte art. 154 legis Imperii tuetur sanctitatem commercii epistolici.

XVI.

Probanda est eadem lex, quod regi jus tribuit coetum delegatorum dissolvendi.

XVII.

Vere atque eleganter dicit MENDELSON in opere *Jeruzalem oder uber Religiöse Macht*: » Welche Regierungsform wohl die beste sey, ist eben so unbestimmt, wie » jene Medicinische Frage von gleicher Art: Welche Speise » ist wohl die Gesündeste? »

XVIII.

Recte WHEATON *Elem. du droit intern.* tom. I. pag. 223 § 22 » Les consuls ne sont pas des ministres publics. »

XIX.

Universitas delinquere nequit.

XX.

Non puniendus est conatus criminis a quo perficiendo libera voluntate quis recessit.

---